34:5 For Job hath said, I am righteous: and God hath taken away my judgment.

34:6 Should I lie against my right? my wound is incurable without transgression.

34:7 What man is like Job, who drinketh up scolding like water?

34:8 Which goeth in company with the workers of iniquity, and walketh with wicked men.

34:9 For he hath said, It profiteth a man nothing that he should delight himself with God.

34:10 Therefore hearken unto me ye men of understanding: far be it from God, that he should do wickedness; and from the Almighty, that he should commit iniquity.

34:11 For the work of a man shall he render unto him, and cause every man to find according to his ways.

## Biblia Sacra Vulgata

34:12 Yea, surely God will not do wickedly, neither will the Almighty pervert judgment.

34:13 Who hath given him a charge over the earth? or who hath disposed the whole world?

34:14 If he set his heart upon man, if he gather unto himself his spirit and his breath;

34:15 All flesh shall perish together, and man shall turn again unto dust.

34:16 If now thou hast understanding, hear this: hearken to the voice of my words.

34:17 Shall even he that hateth right govern? and wilt thou condemn him that is most just?

34:18 Is it fit to say to a king, Thou art wicked? and to princes, Ye are ungodly?

34:19 How much less to him that accepteth not the persons of princes, nor regardeth the rich more than the poor? for they all are the work of his hands.

34:20 In a moment shall they die, and the people shall be troubled at midnight, and pass away: and the mighty shall be taken away without hand.

34:21 For his eyes are upon the ways of man, and he seeth all his goings.

34:22 There is no darkness, nor shadow of death, where the workers of iniquity may hide themselves.

34:23 For he will not lay upon man more than right; that he should enter into judgment with God.

34:24 He shall break in pieces mighty men without number, and set others in their stead.

34:25 Therefore he knoweth their works, and he overturneth them in the night, so that they are destroyed.

34:26 He striketh them as wicked men in the open sight of others;

34:27 Because they turned back from him, and would not consider any of his ways:

34:28 So that they cause the cry of the poor to come unto him, and he heareth the cry of the afflicted.

34:29 When he giveth quietness, who then can make trouble? and when he hideth his face, who then can behold him? whether it be done against a nation, or against a man only:

34:30 That the hypocrite reign not, lest the people be ensnared.

34:31 Surely it is meet to be said unto God, I have borne chastisement, I will not offend any more:

34:32 That which I see not teach thou me: if I have done iniquity, I will do no more.

34:33 Should it be according to thy mind? he will recompense it, whether thou refuse, or whether thou choose; and not I: therefore speak what thou knowest.

ddet ei et iuxta uias singulorum restituet 34:12 uere enim Deus non condemnabit frustra nec Omnipotens subuertet iudicium 34:13 quem constituit alium super terram aut quem posuit super orbem quem fabricatus est 34:14 si direxerit ad eum cor suum spiritum illius et flatum ad se trahet 34:15 deficiet omnis caro simul et homo in cinerem reuertetur 34:16 si habes ergo intellectum audi quod dicitur et ausculta uocem eloqui mei 34:17 numquid qui non amat iudicium sanare potest et quomodo tu eum qui iustus est in tantum condemnas 34:18 qui dicit regi apostata qui uocat duces impios 34:19 qui non accipit personas principum nec cognouit tyrannum cum disceptaret contra pauperem opus enim manuum eius sunt uniuersi 34:20 subito morientur et in media nocte turbabuntur populi et pertransibunt et auferent uolentium absque manu 34:21 oculi enim eius super uias hominum et omnes gressus eorum considerat 34:22 non sunt tenebrae et non est umbra mortis ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem 34:23 neque enim ultra in hominis potestate est ut ueniat ad Deum in iudicium 34:24 conteret multos innumerabiles et stare faciet alios pro eis 34:25 nouit enim opera eorum et idcirco inducet noctem et conterentur 34:26 quasi impios percussit eos in loco uidentium 34:27 qui quasi de industria recesserunt ab eo et omnes uias eius intellegere noluerunt 34:28 ut peruenire facerent ad eum clamorem egeni et audiret uocem pauperum 34:29 ipso enim concedente pacem quis est qui condemnet ex quo absconderit uultum quis est qui contempletur eum et super gentem et super omnes homines 34:30 qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi 34:31 quia ergo ego locutus sum ad Deum te quoque non prohibeo 34:32 si erraui tu doce me si iniquitatem locutus sum ultra non addam 34:33 numquid a te Deus expetit eam quia displicuit tibi tu enim coepisti loqui et non ego quod si quid nosti melius loquere

## Liber Iob

34:34 uiri intellegentes loquantur mihi et uir sapiens audiat me 34:35 Iob autem stulte locutus est et uerba illius non sonant disciplinam 34:36 pater mi probetur Iob usque ad finem ne desinas in hominibus iniquitatis 34:37 quia addit super peccata sua blasphemiam inter nos interim constringatur et tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum

35:1 igitur Heliu haec rursum locutus est 35:2 numquid aequa tibi uidetur tua cogitatio ut diceres iustior Deo sum 35:3 dixisti enim non tibi placet quod rectum est uel quid tibi prodehit si ego peccauero 35:4 itaque ego respondebo sermonibus tuis et amicis tuis tecum 35:5 suspice caelum et intueri et contemplare aethera quod altior te sit 35:6 si peccaueris quid ei nocebis et si multiplicatae fuerint iniquitates tuae quid facies contra eum 35:7 porro si iuste egeris quid donabis ei aut quid de manu tua accipiet 35:8 homini qui similis tui est nocebit impietas tua et filium hominis adiuuabit iustitia tua 35:9 propter multitudinem calumniatorum clamabunt et heulabunt propter uim brachii tyrannorum 35:10 et non dixit ubi est Deus qui fecit me qui dedit carmina in nocte 35:11 qui docet nos super iumenta terrae et super uolucres caeli erudit nos 35:12 ibi clamabunt et non exaudiet propter superbiam malorum 35:13 non ergo frustra audiet Deus et Omnipotens singulorum causas intuebitur 35:14 etiam cum dixeris non considerat iudicare coram eo et expecta eum 35:15 nunc enim non infert furorem suum nec ulciscitur scelus ualde 35:16 ergo Iob frustra aperit os suum et absque scientia uerba multiplicat

36:1 addens quoque Heliu haec locutus est 36:2 sustine me paululum et indicabo tibi adhuc enim habeo quod pro Deo loquar 36:3 repetam scientiam meam a principio et operatorem meum probabo iustum 36:4 uere enim absque mendacio sermones mei et perfecta scientia probabitur tibi 36:5 Deus potentes non abicit cum et ipse sit potens 36:6

34:34 Let men of understanding tell me, and let a wise man hearken unto me.

34:35 Job hath spoken without knowledge, and his words were without wisdom.

34:36 My desire is that Job may be tried unto the end because of his answers for wicked men.

34:37 For he addeth rebellion unto his sin, he clappeth his hands among us, and multiplieth his words against God.

35:1 Elihu spake moreover, and said,

35:2 Thinkst thou this to be right, that thou saidst, My righteousness is more than God's?

35:3 For thou saidst, What advantage will it be unto thee? and, What profit shall I have, if I be cleansed from my sin?

35:4 I will answer thee, and thy companions with thee.

35:5 Look unto the heavens, and see; and behold the clouds which are higher than thou.

35:6 If thou sinnest, what doest thou against him? or if thy transgressions be multiplied, what doest thou unto him?

35:7 If thou be righteous, what givest thou him? or what receiveth he of thine hand?

35:8 Thy wickedness may hurt a man as thou art; and thy righteousness may profit the son of man.

35:9 By reason of the multitude of oppressions they make the oppressed to cry: they cry out by reason of the arm of the mighty.

35:10 But none saith, Where is God my maker, who giveth songs in the night;

35:11 Who teacheth us more than the beasts of the earth, and maketh us wiser than the fowls of heaven?

35:12 There they cry, but none giveth answer, because of the pride of evil men.

35:13 Surely God will not hear vanity, neither will the Almighty regard it.

35:14 Although thou sayest thou shalt not see him, yet judgment is before him; therefore trust thou in him.

35:15 But now, because it is not so, he hath visited in his anger; yet he knoweth it not in great extremity:

35:16 Therefore doth Job open his mouth in vain; he multiplieth words without knowledge.

36:1 Elihu also proceeded, and said,

36:2 Suffer me a little, and I will shew thee that I have yet to speak on God's behalf.

36:3 I will fetch my knowledge from afar, and will ascribe righteousness to my Maker.

36:4 For truly my words shall not be false: he that is perfect in knowledge is with thee.

36:5 Behold, God is mighty, and despiseth not any: he is mighty in strength and wisdom.

36:6 He preserveth not the life of the wicked: but giveth right to the poor.

## Biblia Sacra Vulgata

36:7 He withdraweth not his eyes from the righteous: but with kings are they on the throne; yea, he doth establish them for ever, and they are exalted.

36:8 And if they be bound in fetters, and be holden in cords of affliction;

36:9 Then he sheweth them their work, and their transgressions that they have exceeded.

36:10 He openeth also their ear to discipline, and commandeth that they return from iniquity.

36:11 If they obey and serve him, they shall spend their days in prosperity, and their years in pleasures.

36:12 But if they obey not, they shall perish by the sword, and they shall die without knowledge.

36:13 But the hypocrites in heart heap up wrath: they cry not when he bindeth them.

36:14 They die in youth, and their life is among the unclean.

36:15 He delivereth the poor in his affliction, and openeth their ears in oppression.

36:16 Even so would he have removed thee out of the strait into a broad place, where there is no straitness; and that which should be set on thy table should be full of fatness.

36:17 But thou hast fulfilled the judgment of the wicked: judgment and justice take hold on thee.

36:18 Because there is wrath, beware lest he take thee away with his stroke: then a great ransom cannot deliver thee.

36:19 Will he esteem thy riches? no, not gold, nor all the forces of strength.

36:20 Desire not the night, when people are cut off in their place.

36:21 Take heed, regard not iniquity: for this hast thou chosen rather than affliction.

36:22 Behold, God exalteth by his power: who teacheth like him?

36:23 Who hath enjoined him his way? or who can say, Thou hast wrought iniquity?

36:24 Remember that thou magnify his work, which men behold.

36:25 Every man may see it; man may behold it afar off.

36:26 Behold, God is great, and we know him not, neither can the number of his years be searched out.

36:27 For he maketh small the drops of water: they pour down rain according to the vapour thereof:

36:28 Which the clouds do drop and distil upon man abundantly.

36:29 Also can any understand the spreadings of the clouds, or the noise of his tabernacle?

36:30 Behold, he spreadeth his light upon it, and covereth the bottom of the sea.

36:31 For by them judgeth he the people; he giveth meat in abundance.

sed non saluat impios et iudicium pauperibus tribuit 36:7  
non aufert a iusto oculos suos et reges in solio conlocat in  
perpetuum et illi eriguntur 36:8 et si fuerint in catenis et  
uinciantur funibus paupertatis 36:9 indicabit eis opera eorum  
et scelera eorum quia uiolenti fuerint 36:10 reuelabit  
quoque aurem eorum ut corripiat et loquetur ut reuertantur  
ab iniquitate 36:11 si audierint et obseruauerint complebunt  
dies suos in bono et annos suos in gloria 36:12 si autem  
non audierint transibunt per gladium et consumentur in stultitia  
36:13 simulatores et callidi prouocant iram Dei neque  
clamabunt cum uincti fuerint 36:14 morietur in tempestate  
anima eorum et uita eorum inter effeminatos 36:15 eripiet  
pauperem de angustia sua et reuelabit in tribulatione aurem  
eius 36:16 igitur saluabit te de ore angusto latissime et non  
habentis fundamentum subter se requies autem mensae tuae  
erit plena pinguedine 36:17 causa tua quasi impiii iudicata  
est causam iudiciumque recipies 36:18 non te ergo superet  
ira ut aliquem opprimas nec multitudo donorum inclinet te  
36:19 depone magnitudinem tuam absque tribulatione et omnes  
robustos fortitudine 36:20 ne protrahas noctem ut ascendant  
populi pro eis 36:21 caue ne declines ad iniquitatem hanc enim  
coepisti sequi post miseriam 36:22 ecce Deus excelsus in fortitudine  
sua et nullus ei similis in legislatoribus 36:23 quis poterit scrutari  
uias eius aut quis ei dicere operatus es iniquitatem 36:24 memento  
quod ignores opus eius de quo cecinerunt uiri 36:25 omnes homines  
uident eum unusquisque intuetur procul 36:26 ecce Deus magnus  
uincens scientiam nostram numerus annorum eius inestimabilis  
36:27 qui aufert stillas pluuiiae et effundit imbres ad instar gurgitum  
36:28 qui de nubibus fluunt quae praetexunt cuncta desuper  
36:29 si uoluerit extendere nubes quasi tentorium suum  
36:30 et fulgurare lumine suo desuper cardines quoque maris operiet  
36:31 per haec enim iu-

## Liber Iob

dicat populos et dat escas multis mortalibus 36:32 in manibus abscondit lucem et praecipit ei ut rursus adueniat 36:33 adnuntiat de ea amico suo quod possessio eius sit et ad eam possit ascendere

37:1 super hoc expauit cor meum et emotum est de loco suo 37:2 audite auditionem in terrore uocis eius et sonum de ore illius procedentem 37:3 subter omnes caelos ipse considerat et lumen illius super terminos terrae 37:4 post eum rugiet sonitus tonabit uoce magnitudinis suae et non uestigabitur cum audita fuerit uox eius 37:5 tonabit Deus in uoce sua mirabiliter qui facit magna et inscrutabilia 37:6 qui praecipit niui ut descendat in terram et hiemis pluuiis et imbri fortitudinis suae 37:7 qui in manu omnium hominum signat ut nouerint singuli opera sua 37:8 ingredietur bestia latibulum et in antro suo morabitur 37:9 ab interioribus egreditur tempestas et ab Arcturo frigus 37:10 flante Deo concrescit gelu et rursus latissimae funduntur aquae 37:11 frumentum desiderat nubes et nubes spargunt lumen suum 37:12 quae lustrant per circuitum quocumque eas uoluntas gubernantis duxerit ad omne quod praeceperit illis super faciem orbis terrarum 37:13 siue in una tribu siue in terra sua siue in quocumque loco misericordiae suae eas iusserit inueniri 37:14 ausculta haec Iob sta et considera miracula Dei 37:15 numquid scis quando praeceperit Deus pluuiis ut ostenderent lucem nubium eius 37:16 numquid nosti semitas nubium magnas et perfectas scientias 37:17 nonne uestimenta tua calida sunt cum perflata fuerit terra austro 37:18 tu forsitan cum eo fabricatus es caelos qui solidissimi quasi aere fusi sunt 37:19 ostende nobis quid dicamus illi nos quippe inuoluimur tenebris 37:20 quis narrabit ei quae loquor etiam si locutus fuerit homo deuorabitur 37:21 at nunc non uident lucem subito aer cogitur in nubes et uentus transiens fugabit eas 37:22 ab aquilone aurum uenit et ad

36:32 With clouds he covereth the light; and commandeth it not to shine by the cloud that cometh betwixt.

36:33 The noise thereof sheweth concerning it, the cattle also concerning the vapour.

37:1 At this also my heart trembleth, and is moved out of his place.

37:2 Hear attentively the noise of his voice, and the sound that goeth out of his mouth.

37:3 He directeth it under the whole heaven, and his lightning unto the ends of the earth.

37:4 After it a voice roareth: he thundereth with the voice of his excellency; and he will not stay them when his voice is heard.

37:5 God thundereth marvellously with his voice; great things doeth he, which we cannot comprehend.

37:6 For he saith to the snow, Be thou on the earth; likewise to the small rain, and to the great rain of his strength.

37:7 He scaleth up the hand of every man; that all men may know his work.

37:8 Then the beasts go into dens, and remain in their places.

37:9 Out of the south cometh the whirlwind; and cold out of the north.

37:10 By the breath of God frost is given: and the breath of the waters is straitened.

37:11 Also by watering he wearieth the thick cloud: he scattereth his bright cloud:

37:12 And it is turned round about by his counsels: that they may do whatsoever he commandeth them upon the face of the world in the earth.

37:13 He causeth it to come, whether for correction, or for his land, or for mercy.

37:14 Hearken unto this, O Job: stand still, and consider the wondrous works of God.

37:15 Dost thou know when God disposed them, and caused the light of his cloud to shine?

37:16 Dost thou know the balancings of the clouds, the wondrous works of him which is perfect in knowledge?

37:17 How thy garments are warm, when he quieteth the earth by the south wind?

37:18 Hast thou with him spread out the sky, which is strong, and as a molten looking glass?

37:19 Teach us what we shall say unto him; for we cannot order our speech by reason of darkness.

37:20 Shall it be told him that I speak? if a man speak, surely he shall be swallowed up.

37:21 And now men see not the bright light which is in the clouds: but the wind passeth, and cleanseth them.

37:22 Fair weather cometh out of the north: with God is terrible majesty.

# Biblia Sacra Vulgata

37:23 Touching the Almighty, we cannot find him out: he is excellent in power, and in judgment, and in plenty of justice: he will not afflict.

37:24 Men do therefore fear him: he respecteth not any that are wise of heart.

38:1 Then the LORD answered Job out of the whirlwind, and said,

38:2 Who is this that darkeneth counsel by words without knowledge?

38:3 Gird up now thy loins like a man; for I will demand of thee, and answer thou me.

38:4 Where wast thou when I laid the foundations of the earth? declare, if thou hast understanding.

38:5 Who hath laid the measures thereof, if thou knowest? or who hath stretched the line upon it?

38:6 Whereupon are the foundations thereof fastened? or who laid the corner stone thereof;

38:7 When the morning stars sang together, and all the sons of God shouted for joy?

38:8 Or who shut up the sea with doors, when it brake forth, as if it had issued out of the womb?

38:9 When I made the cloud the garment thereof, and thick darkness a swaddlingband for it,

38:10 And brake up for it my decreed place, and set bars and doors,

38:11 And said, Hitherto shalt thou come, but no further: and here shall thy proud waves be stayed?

38:12 Hast thou commanded the morning since thy days; and caused the dayspring to know his place;

38:13 That it might take hold of the ends of the earth, that the wicked might be shaken out of it?

38:14 It is turned as clay to the seal; and they stand as a garment.

38:15 And from the wicked their light is withholden, and the high arm shall be broken.

38:16 Hast thou entered into the springs of the sea? or hast thou walked in the search of the depth?

38:17 Have the gates of death been opened unto thee? or hast thou seen the doors of the shadow of death?

38:18 Hast thou perceived the breadth of the earth? declare if thou knowest it all.

38:19 Where is the way where light dwelleth? and as for darkness, where is the place thereof,

38:20 That thou shouldest take it to the bound thereof, and that thou shouldest know the paths to the house thereof?

38:21 Knowest thou it, because thou wast then born? or because the number of thy days is great?

38:22 Hast thou entered into the treasures of the snow? or hast thou seen the treasures of the hail,

38:23 Which I have reserved against the time of trouble, against the day of battle and war?

Deum formidolosa laudatio 37:23 digne eum inuenire non possumus magnus fortitudine et iudicio et iustitia et enarrari non potest 37:24 ideo timebunt eum uiri et non audebunt contemplari omnes qui sibi uidentur esse sapientes

38:1 respondens autem Dominus Iob de turbine dixit 38:2 quis est iste inuoluens sententias sermonibus inperitis 38:3 accinge sicut uir lumbos tuos interrogabo te et responde mihi 38:4 ubi eras quando ponebam fundamenta terrae indica mihi si habes intellegentiam 38:5 quis posuit mensuras eius si nosti uel quis tetendit super eam lineam 38:6 super quo bases illius solidatae sunt aut quis dimisit lapidem angularem eius 38:7 cum me laudarent simul astra matutina et iubilarent omnes filii Dei 38:8 quis conclusit ostiis mare quando erumpebat quasi de uulua procedens 38:9 cum ponerem nubem uestimentum eius et caligine illud quasi panis infantiae obuoluerem 38:10 circumdedi illud terminis meis et posui uectem et ostia 38:11 et dixi usque huc uenies et non procedes amplius et hic confringes tumentes fluctus tuos 38:12 numquid post ortum tuum praecepisti diluculo et ostendisti aurorae locum suum 38:13 et tenuisti concutiens extrema terrae et excussisti impios ex ea 38:14 restituetur ut lutum signaculum et stabit sicut uestimentum 38:15 auferetur ab impiis lux sua et brachium excelsum confringetur 38:16 numquid ingressus es profunda maris et in nouissimis abyssis deambulasti 38:17 numquid apertae tibi sunt portae mortis et ostia tenebrosa uidisti 38:18 numquid considerasti latitudines terrae indica mihi si nosti omnia 38:19 in qua uia habitet lux et tenebrarum quis locus sit 38:20 ut ducas unumquodque ad terminos suos et intellegas semitas domus eius 38:21 sciebas tunc quod nasciturus esses et numerum dierum tuorum noueras 38:22 numquid ingressus es thesauros niuis aut thesauros grandinis aspexisti 38:23 quae praeparauis in tempus hostis in diem pugnae et



## Liber Iob

belli 38:24 per quam uiam spargitur lux diuiditur aestus  
super terram 38:25 quis dedit uehementissimo imbri cur-  
sum et uiam sonantis tonitruui 38:26 ut plueret super terram  
absque homine in deserto ubi nullus mortalium commoratur  
38:27 ut impleret inuiam et desolatam et produceret herbas  
uirentes 38:28 quis est pluuiæ pater uel quis genuit stil-  
las roris 38:29 de cuius utero egressa est glacies et gelu  
de caelo quis genuit 38:30 in similitudinem lapidis aquae  
durantur et superficies abyssi constringitur 38:31 numquid  
coniungere ualebis micantes stellas Pliadis aut gyrum Arc-  
turi poteris dissipare 38:32 numquid producis luciferum in  
tempore suo et uesperum super filios terrae consurgere facis  
38:33 numquid nosti ordinem caeli et pones rationem eius in  
terra 38:34 numquid eleuabis in nebula uocem tuam et im-  
petus aquarum operiet te 38:35 numquid mittes fulgura et  
ibunt et reuertentia dicent tibi adsumus 38:36 quis posuit  
in uisceribus hominis sapientiam uel quis dedit gallo intel-  
legentiam 38:37 quis enarrauit caelorum rationem et con-  
centum caeli quis dormire faciet 38:38 quando fundebatur  
pulis in terram et glebae conpingebantur 38:39 numquid  
capiet leaenae praedam et animam catulorum eius imple-  
bis 38:40 quando cubant in antris et in specubus insidiantur  
38:41 quis praeparat coruo escam suam quando pulli eius ad  
Deum clamant uagantes eo quod non habeant cibos

39:1 numquid nosti tempus partus hibicum in petris  
uel parturientes ceruas obseruasti 39:2 dinumerasti menses  
conceptus earum et scisti tempus partus earum 39:3 incur-  
uantur ad fetum et pariunt et rugitus emittunt 39:4 sepa-  
rantur filii earum pergunt ad pastum egrediuntur et non re-  
uertuntur ad eas 39:5 quis dimisit onagram liberum et uin-  
cula eius quis soluit 39:6 cui dedi in solitudine domum et  
tabernacula eius in terra salsuginis 39:7 contemnit multi-  
tudinem ciuitatis clamorem exactoris non audit 39:8 cir-

38:24 By what way is the light parted, which scattereth the east wind upon the earth?

38:25 Who hath divided a watercourse for the overflowing of waters, or a way for the lightning of thunder;

38:26 To cause it to rain on the earth, where no man is; on the wilderness, wherein there is no man;

38:27 To satisfy the desolate and waste ground; and to cause the bud of the tender herb to spring forth?

38:28 Hath the rain a father? or who hath begotten the drops of dew?

38:29 Out of whose womb came the ice? and the hoary frost of heaven, who hath generated it?

38:30 The waters are hid as with a stone, and the face of the deep is frozen.

38:31 Canst thou bind the sweet influences of Pleiades, or loose the bands of Orion?

38:32 Canst thou bring forth Mazzaroth in his season? or canst thou guide Arcturus with his sons?

38:33 Knowest thou the ordinances of heaven? canst thou set the dominion thereof in the earth?

38:34 Canst thou lift up thy voice to the clouds, that abundance of waters may cover thee?

38:35 Canst thou send lightnings, that they may go and say unto thee, Here we are?

38:36 Who hath put wisdom in the inward parts? or who hath given understanding to the heart?

38:37 Who can number the clouds in wisdom? or who can stay the bottles of heaven,

38:38 When the dust groweth into hardness, and the clods cleave fast together?

38:39 Wilt thou hunt the prey for the lion? or fill the appetite of the young lions,

38:40 When they couch in their dens, and abide in the covert to lie in wait?

38:41 Who provideth for the raven his food? when his young ones cry unto God, they wander for lack of meat.

39:1 Knowest thou the time when the wild goats of the rock bring forth? or canst thou mark when the hinds do calve?

39:2 Canst thou number the months that they fulfil? or knowest thou the time when they bring forth?

39:3 They bow themselves, they bring forth their young ones, they cast out their sorrows.

39:4 Their young ones are in good liking, they grow up with corn; they go forth, and return not unto them.

39:5 Who hath sent out the wild ass free? or who hath loosed the bands of the wild ass?

39:6 Whose house I have made the wilderness, and the barren land his dwellings.

39:7 He scorneth the multitude of the city, neither regardeth he the crying of the driver.

39:8 The range of the mountains is his pasture, and he searcheth after every green thing.

## Biblia Sacra Vulgata

39:9 Will the unicorn be willing to serve thee, or abide by thy crib?

39:10 Canst thou bind the unicorn with his band in the furrow? or will he harrow the valleys after thee?

39:11 Wilt thou trust him, because his strength is great? or wilt thou leave thy labour to him?

39:12 Wilt thou believe him, that he will bring home thy seed, and gather it into thy barn?

39:13 Gavest thou the goodly wings unto the peacocks? or wings and feathers unto the ostrich?

39:14 Which leaveth her eggs in the earth, and warmeth them in dust,

39:15 And forgetteth that the foot may crush them, or that the wild beast may break them.

39:16 She is hardened against her young ones, as though they were not her's: her labour is in vain without fear;

39:17 Because God hath deprived her of wisdom, neither hath he imparted to her understanding.

39:18 What time she lifteth up herself on high, she scorneth the horse and his rider.

39:19 Hast thou given the horse strength? hast thou clothed his neck with thunder?

39:20 Canst thou make him afraid as a grasshopper? the glory of his nostrils is terrible.

39:21 He paweth in the valley, and rejoiceth in his strength: he goeth on to meet the armed men.

39:22 He mocketh at fear, and is not affrighted; neither turneth he back from the sword.

39:23 The quiver rattleth against him, the glittering spear and the shield.

39:24 He swalloweth the ground with fierceness and rage; neither believeth he that it is the sound of the trumpet.

39:25 He saith among the trumpets, Ha, ha; and he smelleth the battle afar off, the thunder of the captains, and the shouting.

39:26 Doth the hawk fly by thy wisdom, and stretch her wings toward the south?

39:27 Doth the eagle mount up at thy command, and make her nest on high?

39:28 She dwelleth and abideth on the rock, upon the crag of the rock, and the strong place.

39:29 From thence she seeketh the prey, and her eyes behold afar off.

39:30 Her young ones also suck up blood: and where the slain are, there is she.

39:31 Moreover the LORD answered Job, and said,

39:32 Shall he that contendeth with the Almighty instruct him? he that reproveth God, let him answer it.

39:33 Then Job answered the LORD, and said,

cumspicit montes pascuae suae et uirentia quaeque perquirit 39:9 numquid uolet rinoceros seruire tibi aut morabitur ad praesepe tuum 39:10 numquid alligabis rinocerota ad arandum loro tuo aut confringet glebas uallium post te 39:11 numquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius et derelinques ei labores tuos 39:12 numquid credes ei quoniam reddat sementem tibi et aream tuam congreget 39:13 pinna strutionum similis est pinnis herodii et accipitris 39:14 quando derelinquit in terra oua sua tu forsitan in puluere calefacis ea 39:15 obliuiscitur quod pes conculcet ea aut bestiae agri conterant 39:16 duratur ad filios suos quasi non sint sui frustra laborauit nullo timore cogente 39:17 priuauit enim eam Deus sapientia nec dedit illi intellegentiam 39:18 cum tempus fuerit in altum alas erigit deridet equitatem et ascensorem eius 39:19 numquid praebebis equo fortitudinem aut circumdabis collo eius hinnitum 39:20 numquid suscitabis eum quasi lucustas gloria narium eius terror 39:21 terram ungula fodit exultat audacter in occursum perguit armatis 39:22 contemnit pauorem nec cedit gladio 39:23 super ipsum sonabit faretra uibrabit hasta et clypeus 39:24 feruens et fremens sorbet terram nec reputat tubae sonare clangorem 39:25 ubi audierit bucinam dicet ua procul odoratur bellum exhortationem ducum et ululatum exercitus 39:26 numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum 39:27 aut ad praeceptum tuum eleuabitur aquila et in arduis ponet nidum suum 39:28 in petris manet et in praeruptis silicibus commoratur atque inaccessis rupibus 39:29 inde contemplatur escam et de longe oculi eius prospiciunt 39:30 pulli eius lambent sanguinem et ubicumque cadauer fuerit statim adest 39:31 et adiecit Dominus et locutus est ad Iob 39:32 numquid qui contendit cum Deo tam facile conquiescit utique qui arguit Deum debet respondere ei 39:33 respondens autem Iob Do-

## Liber Iob

mino dixit 39:34 qui leuiter locutus sum respondere quid  
possum manum meam ponam super os meum 39:35 unum  
locutus sum quod utinam non dixissem et alterum quibus ul-  
tra non addam

40:1 respondens autem Dominus Iob de turbine ait 40:2  
accinge sicut uir lumbos tuos interrogabo te et indica mihi  
40:3 numquid irritum facies iudicium meum et condemnabis  
me ut tu iustificeris 40:4 et si habes brachium sicut Deus  
et si uoce simili tonas 40:5 circumda tibi decorem et in su-  
blime erigere et esto gloriosus et speciosus induere uestibus  
40:6 disperge superbos furore tuo et respiciens omnem arro-  
gantem humilia 40:7 respice cunctos superbos et confunde  
eos et contere impios in loco suo 40:8 absconde eos in pul-  
uere simul et facies eorum demerge in foueam 40:9 et ego  
confitebor quod saluare te possit dextera tua 40:10 ecce Be-  
hemoth quem feci tecum faenum quasi bos comedet 40:11  
fortitudo eius in lumbis eius et uirtus illius in umbilicis uent-  
ris eius 40:12 constringit caudam suam quasi cedrum nerui  
testiculorum eius perplexi sunt 40:13 ossa eius uelut fistu-  
lae aeris cartilago illius quasi laminae ferreae 40:14 ipse  
principium est uiarum Dei qui fecit eum adplicabit gladium  
eius 40:15 huic montes herbas ferunt omnes bestiae agri lu-  
dent ibi 40:16 sub umbra dormit in secreto calami et locis  
humentibus 40:17 protegunt umbrae umbram eius circum-  
dabunt eum salices torrentis 40:18 ecce absorbebit fluuium  
et non mirabitur habet fiduciam quod influat Iordanis in os  
eius 40:19 in oculis eius quasi hamo capiet eum et in sudi-  
bus perforabit nares eius 40:20 an extrahere poteris Leuia-  
than hamo et fune ligabis linguam eius 40:21 numquid po-  
nes circulum in naribus eius et armilla perforabis maxillam  
eius 40:22 numquid multiplicabit ad te preces aut loque-  
tur tibi mollia 40:23 numquid feriet tecum pactum et ac-  
cipies eum seruum sempiternum 40:24 numquid inludes ei

39:34 Behold, I am vile; what shall I answer thee? I will lay mine hand upon my mouth.

39:35 Once have I spoken; but I will not answer: yea, twice; but I will proceed no further.

40:1 Then answered the LORD unto Job out of the whirlwind, and said,

40:2 Gird up thy loins now like a man: I will demand of thee, and declare thou unto me.

40:3 Wilt thou also disannul my judgment? wilt thou condemn me, that thou mayest be righteous?

40:4 Hast thou an arm like God? or canst thou thunder with a voice like him?

40:5 Deck thyself now with majesty and excellency; and array thyself with glory and beauty.

40:6 Cast abroad the rage of thy wrath: and behold every one that is proud, and abase him.

40:7 Look on every one that is proud, and bring him low; and tread down the wicked in their place.

40:8 Hide them in the dust together; and bind their faces in secret.

40:9 Then will I also confess unto thee that thine own right hand can save thee.

40:10 Behold now behemoth, which I made with thee; he eateth grass as an ox.

40:11 Lo now, his strength is in his loins, and his force is in the navel of his belly.

40:12 He moveth his tail like a cedar: the sinews of his stones are wrapped together.

40:13 His bones are as strong pieces of brass; his bones are like bars of iron.

40:14 He is the chief of the ways of God: he that made him can make his sword to approach unto him.

40:15 Surely the mountains bring him forth food, where all the beasts of the field play.

40:16 He lieth under the shady trees, in the covert of the reed, and fens.

40:17 The shady trees cover him with their shadow; the willows of the brook compass him about.

40:18 Behold, he drinketh up a river, and hasteth not: he trusteth that he can draw up Jordan into his mouth.

40:19 He taketh it with his eyes: his nose pierceth through snares.

40:20 Canst thou draw out leviathan with an hook? or his tongue with a cord which thou lettest down?

40:21 Canst thou put an hook into his nose? or bore his jaw through with a thorn?

40:22 Will he make many supplications unto thee? will he speak soft words unto thee?

40:23 Will he make a covenant with thee? wilt thou take him for a servant for ever?

40:24 Wilt thou play with him as with a bird? or wilt thou bind him for thy maidens?

# Biblia Sacra Vulgata

40:25 Shall the companions make a banquet of him? shall they part him among the merchants?

40:26 Canst thou fill his skin with barbed irons? or his head with fish spears?

40:27 Lay thine hand upon him, remember the battle, do no more.

40:28 Behold, the hope of him is in vain: shall not one be cast down even at the sight of him?

quasi aui aut ligabis illum ancillis tuis 40:25 concident eum amici diuident illum negotiatores 40:26 numquid implebis sagenas pelle eius et gurgustium piscium capite illius 40:27 pone super eum manum tuam memento belli nec ultra addas loqui 40:28 ecce spes eius frustrabitur eum et uidentibus cunctis praecipitabitur

41:1 None is so fierce that dare stir him up: who then is able to stand before me?

41:2 Who hath prevented me, that I should repay him? whatsoever is under the whole heaven is mine.

41:3 I will not conceal his parts, nor his power, nor his comely proportion.

41:4 Who can discover the face of his garment? or who can come to him with his double bridle?

41:5 Who can open the doors of his face? his teeth are terrible round about.

41:6 His scales are his pride, shut up together as with a close seal.

41:7 One is so near to another, that no air can come between them.

41:8 They are joined one to another, they stick together, that they cannot be sundered.

41:9 By his needings a light doth shine, and his eyes are like the eyelids of the morning.

41:10 Out of his mouth go burning lamps, and sparks of fire leap out.

41:11 Out of his nostrils goeth smoke, as out of a seething pot or caldron.

41:12 His breath kindleth coals, and a flame goeth out of his mouth.

41:13 In his neck remaineth strength, and sorrow is turned into joy before him.

41:14 The flakes of his flesh are joined together: they are firm in themselves; they cannot be moved.

41:15 His heart is as firm as a stone; yea, as hard as a piece of the nether millstone.

41:16 When he raiseth up himself, the mighty are afraid: by reason of breakings they purify themselves.

41:17 The sword of him that layeth at him cannot hold: the spear, the dart, nor the habergeon.

41:18 He esteemeth iron as straw, and brass as rotten wood.

41:19 The arrow cannot make him flee: slingstones are turned with him into stubble.

41:20 Darts are counted as stubble: he laugheth at the shaking of a spear.

41:21 Sharp stones are under him: he spreadeth sharp pointed things upon the mire.

41:22 He maketh the deep to boil like a pot: he maketh the sea like a pot of ointment.

41:1 non quasi crudelis suscitabo eum quis enim resistere potest uultui meo 41:2 quis ante dedit mihi ut reddam ei omnia quae sub caelo sunt mea sunt 41:3 non parcam ei et uerbis potentibus et ad deprecandum conpositis 41:4 quis reuelauit faciem indumenti eius et in medium oris eius quis intrabit 41:5 portas uultus eius quis aperiet per gyrum dentium eius formido 41:6 corpus illius quasi scuta fusilia et compactum squamis se prementibus 41:7 una uni coniungitur et ne spiraculum quidem incedit per eas 41:8 una alteri adherebunt et tenentes se nequaquam separabuntur 41:9 sternutatio eius splendor ignis et oculi eius ut palpebrae diluculi 41:10 de ore eius lampades procedunt sicut taedae ignis accensae 41:11 de naribus eius procedit fumus sicut ollae succensae atque feruentis 41:12 halitus eius prunas ardere facit et flamma de ore eius egreditur 41:13 in collo eius morabitur fortitudo et faciem eius praecedet egestas 41:14 membra carniuum eius coherentia sibi mittet contra eum fulmina et ad locum alium non ferentur 41:15 cor eius indurabitur quasi lapis et stringetur quasi malleatoris incus 41:16 cum sublatus fuerit timebunt angeli et territi purgabuntur 41:17 cum adprehenderit eum gladius subsistere non poterit neque hasta neque torax 41:18 reputabit enim quasi paleas ferrum et quasi lignum putridum aes 41:19 non fugabit eum uir sagittarius in stipulam uersi sunt ei lapides fundae 41:20 quasi stipulam aestimabit malleum et deridebit uibrantem hastam 41:21 sub ipso erunt radii solis sternet sibi aurum quasi lutum 41:22 feruescere faciet quasi ollam

## Liber Iob

profundum mare ponet quasi cum unguenta bulliunt 41:23  
post eum lucebit semita aestimabit abyssum quasi senescen-  
tem 41:24 non est super terram potestas quae conparetur ei  
qui factus est ut nullum timeret 41:25 omne sublime uidet  
ipse est rex super uniuersos filios superbiae

42:1 respondens autem Iob Domino dixit 42:2 scio quia  
omnia potes et nulla te latet cogitatio 42:3 quis est iste qui  
celat consilium absque scientia ideo insipienter locutus sum  
et quae ultra modum excederent scientiam meam 42:4 audi  
et ego loquar interrogabo et ostende mihi 42:5 auditu au-  
ris audiui te nunc autem oculus meus uidet te 42:6 idcirco  
ipse me reprehendo et ago paenitentiam in fauilla et cinere  
42:7 postquam autem locutus est Dominus uerba haec ad Iob  
dixit ad Eliphaz Themaniten iratus est furor meus in te et in  
duos amicos tuos quoniam non estis locuti coram me rec-  
tum sicut seruus meus Iob 42:8 sumite igitur uobis septem  
tauros et septem arietes et ite ad seruum meum Iob et of-  
ferte holocaustum pro uobis Iob autem seruus meus orabit  
pro uobis faciem eius suscipiam ut non uobis inputetur stul-  
titia neque enim locuti estis ad me recta sicut seruus meus  
Iob 42:9 abierunt ergo Eliphaz Themanites et Baldad Suites  
et Sophar Naamathites et fecerunt sicut locutus fuerat ad eos  
Dominus et suscepit Dominus faciem Iob 42:10 Dominus  
quoque conuersus est ad paenitentiam Iob cum oraret ille pro  
amicis suis et addidit Dominus omnia quaecumque fuerant  
Iob duplicia 42:11 uenerunt autem ad eum omnes fratres sui  
et uniuersae sorores suae et cuncti qui nouerant eum prius et  
comederunt cum eo panem in domo eius et mouerunt super  
eum caput et consolati sunt eum super omni malo quod intu-  
lerat Dominus super eum et dederunt ei unusquisque ouem  
unam et inaurem auream unam 42:12 Dominus autem be-  
nedixit nouissimis Iob magis quam principio eius et facta  
sunt ei quattuordecim milia ouium et sex milia camelorum

41:23 He maketh a path to shine after him; one would think the deep to be hoary.

41:24 Upon earth there is not his like, who is made without fear.

41:25 He beholdeth all high things: he is a king over all the children of pride.

42:1 Then Job answered the LORD, and said,

42:2 I know that thou canst do every thing, and that no thought can be withholden from thee.

42:3 Who is he that hideth counsel without knowledge? therefore have I uttered that I understood not; things too wonderful for me, which I knew not.

42:4 Hear, I beseech thee, and I will speak: I will demand of thee, and declare thou unto me.

42:5 I have heard of thee by the hearing of the ear: but now mine eye seeth thee.

42:6 Wherefore I abhor myself, and repent in dust and ashes.

42:7 And it was so, that after the LORD had spoken these words unto Job, the LORD said to Eliphaz the Temanite, My wrath is kindled against thee, and against thy two friends: for ye have not spoken of me the thing that is right, as my servant Job hath.

42:8 Therefore take unto you now seven bullocks and seven rams, and go to my servant Job, and offer up for yourselves a burnt offering; and my servant Job shall pray for you: for him will I accept: lest I deal with you after your folly, in that ye have not spoken of me the thing which is right, like my servant Job.

42:9 So Eliphaz the Temanite and Bildad the Shuhite and Zophar the Naamathite went, and did according as the LORD commanded them: the LORD also accepted Job.

42:10 And the LORD turned the captivity of Job, when he prayed for his friends: also the LORD gave Job twice as much as he had before.

42:11 Then came there unto him all his brethren, and all his sisters, and all they that had been of his acquaintance before, and did eat bread with him in his house: and they bemoaned him, and comforted him over all the evil that the LORD had brought upon him: every man also gave him a piece of money, and every one an earring of gold.

42:12 So the LORD blessed the latter end of Job more than his beginning: for he had fourteen thousand sheep, and six thousand camels, and a thousand yoke of oxen, and a thousand she asses.

## Biblia Sacra Vulgata

---

42:13 He had also seven sons and three daughters.

42:14 And he called the name of the first, Jemima; and the name of the second, Kezia; and the name of the third, Kerenhappuch.

42:15 And in all the land were no women found so fair as the daughters of Job: and their father gave them inheritance among their brethren.

42:16 After this lived Job an hundred and forty years, and saw his sons, and his sons' sons, even four generations.

et mille iuga boum et mille asinae 42:13 et fuerunt ei septem filii et filiae tres 42:14 et uocauit nomen unius Diem et nomen secundae Cassia et nomen tertiae Cornu stibii 42:15 non sunt autem inuentae mulieres speciosae sicut filiae Iob in uniuersa terra deditque eis pater suus hereditatem inter fratres earum 42:16 uixit autem Iob post haec centum quadraginta annis et uidit filios suos et filios filiorum suorum usque ad quartam generationem et mortuus est senex et plenus dierum